



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

19. Monstra ex hominibus nata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

Et quia de mulis mentionem fecimus, quæri potest, an non & ipsæ mulæ in monstrorum censu sint ponendæ? Certè eas à natura deuiare ostendunt progenitores, & sterilitas eorum; licet, quia consuetæ, & ordinarij talium parentum partus, vulgò pro monstribus non habeantur. *Observatum est, ait Plinius, e duobus diuersis generibus nata, tertij generis fieri, & neutri parentum esse similia: eaq; ipsa, qua sunt ita nata, non gignere Idcirco mulas non parere. Est in annualibus nostris, peperisse sepe, verùm prodigij loco habitum. Theophrastus vulgò parere in Cappadocia tradit: sed esse id animal ibi sui generis.*

Inter homines monstra existere deformantia naturam, experientia testatur quotidiana. Adstipulatur & D Augustinus, quo memorante, *apud Hipponem natus est homo quasi lunatas habens plantas, & in eis binos tantummodo digitos, similes & manus. Qui idem Pater eodem loco ait: Ante annos aliquot, monstra certè memoria, in oriente duplex homo natus superioribus membris, inferioribus simplex. Nam duo erant capita, duo pectora, quatuor manus, venter autè vnus, & pedes duo, sicut vni homini: & tam diu vixit, vt multos ad eum videndum fama contraheret. Quod cum ita sit, apparet nihil nimium finxisse Poetas, quando ab illis forma tricornis umbra Geryonis est introducta. Certè, apud Cedrenum, Imperantibus Constantino Leonis Philosophi Imp. F. & Romano Lacapeno, ex Armenia allatum est monstrum, Constantinopolim, pueri masculi concreti, uterini, iug, vt infelix oman, vrbe sunt eiekti. Redierunt sub Constantino: & cum alter mortuus esset, peritioros medici cadaver à vino reseruauerunt, parum tamen diu alter superuixit. Visi sunt & alij monstrosi vel partus, vel euentus. Inter initia Marsici belli peperit quædam ancilla serpentẽ. Hæreticus alioquin author scribit. An. 1552. in Hassia Wirzenhansia, tertio post festum trium Regum die, infantem masculum bicipitem, collo duplici, duobus capitis ac corpore optime cum reliquis membris composito natum; cuius monstri occasione, nouum in ea prouincia Euangelium monstrosè nobilitat.*

Aiunt, Romæ, in quodam tumultu, infantem semestrem, in foro boiario triumphum proclamasse: Alium cum elephantino capite natum, Vtrumque monstrum erat. De infantibus ante

M m m z gempus

XVIII.

Plin. lib. 8.
nar. hist. c. 44.

XIX.

S. Augustini:
lib. 16. de ci-
uit, c. 8.

Sil. lib. 3:
Virgil. lib. 6.
Æneid.

Io. Gualter:
in Chron. de
prodigijs &
ostentis. An.
1552. lib. 2.

XX.

Valer. Max.
lib. 1. cap. 6.